

*Mandatum di Giovanni
Filangieri, giustiziere regio
della provincia di Basilicata*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities
Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Mandatum di Giovanni
Filangieri, giustiziere regio
della provincia di Basilicata*

1402 febbraio 13

Nos Iohannes Filialgerius regius et reginalis iusticiarius
Basilicate et cetera,

1

notumfacimus vobis magistro iurato civitatis Potencie
quod olim de preterito mense novembris presentis anni
decime indictionis, in iudicio coram nobis comparuerunt
presbiter Antonius de Venusio, habitator Potencie,
et presbiter Leo Tarallus de Potencia, procuratores,
procuratorio nomine et pro parte Sancti Michaelis de
eadem civitate Potencie, et in iudicio coram nobis
conveniri fecerunt Robertum de Aliduca de Potencia,
filium et heredem condam domini Antonii de Aliduca
de Potencia, de eo videlicet quod olim condam dompnus
Angelus de Dyano de Potencia, archipresbiter Sancti
Michaelis, in ultimis constitutus legavit dicte ecclesie
Sancti Michaelis quolibet anno tarenos quatuor et
medium in et super quadam domo ipsius condam dompni
Angeli, sita et posita in parrochia Sancti Michaelis
dicte civitatis Potencie. Demum dicta domus devenit
emptionis titulo ad manus, dominium et potestatem
dicti Roberti, quam domum tenuit et possedit iam sunt
elapsi quinque anni. Dictus Robertus et nunc etiam
tenet et possidet et minime curavit nec curat solvere
dictum incensum ecclesie predicte in preiudicium anime
dicti testatoris. Et quia nobis et nostre curie constitit
per testes idoneos et fidedignos quod dictus Robertus
minime solvit, nec solvere curavit dicte ecclesie seu
procuratoribus ipsius predictos tarenos quatuor et
medium de carlenis, nec non prefixus fuit terminus per
nos et nostram curiam dicto Roberto ad probandum de
satisfactione dicti legati et minime probavit, propterea
Così B, si intenda Filangerius.

mandamus vobis magistro iurato quod capiatis tantum de bonis dicti Roberti que assendant ad summam tarenorum viginti duorum et medium de carlenis, nec non quia constat nobis et nostre curie, quod dictus condam dominus Antonius, pater dicti Roberti, legavit dicte ecclesie pro reparatione ipsius tarenos quinque, quos dictus Robertus minime dicte ecclesie solvere curavit, propterea volumus et mandamus vobis magistro iurato quod capiatis seu arrestetis tantum de bonis dicti Roberti ad opus dicte ecclesie Sancti Michaelis quod assendant ad summam etiam tarenorum quinque et assignetis dictis presbiteris pro parte ecclesie predicte tenendi per dictos presbiteros pro parte dicte ecclesie quousque erit satisfactum eisdem, nomine quo supra, tam dictis tarenis viginti duobus et medio quam etiam de tarenis quinque, et in casu quo non possetis habere pignera, assignetis eidem dictam domum tenendam per eos, donec erit satisfactus eis de dictis tarenis viginti septem et medio et de expensis de tarenis quatuor de carlenis.

2

Datum Potencie die terciodecimo mensis februarii, decime indictionis, nipcio quo utitur nipcium.

La parola è vergata nell'interlineo.